



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

... vulgo calceus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

80 De CALCEIS HEBRAOR.

nis agi vel ex eo manifestum est,  
quod meras benedictiones spiret  
Moses: Ut hæc interpretatio non  
sit simplicissima verissimaque, sed  
ea quam habent LXX. Senes, qui  
omnium optime hæc verba reddi-  
derunt: ἀσ αἰ ιημέρας οὐ, η ιχύς οὐ  
ut mox docebimus.

VII. Vulgatissima est interpre-  
tum sententia ut יְמֵן sit *calceus*.  
Sumunt hac notione LXX. inter-  
pretes itemque Vulgatus. Sequun-  
tur omnes fere recentiores & Le-  
xicographi. Sed non uno modo  
hujus locutionis sensum viri docti  
hariolantur. Plerique putant his  
verbis significari Ascheris poste-  
ros solum calcaturos, æris & ferri  
fodinis fœcundissimum. Horum  
sententiam refert vir doctissimus  
Sebastianus Munsterus, & qui scri-  
nia ejus manifesto plagio compila-  
vit Isidorus Clarius. Atque ea  
placuit Francisco Vatablo, Seba-  
stiano Castalioni, Belgis interpre-  
tibus, & compluribus aliis.

VIII. Hic vero sensus, quem  
eliciunt homines eruditi, nihil sani  
continet. Ascheris portionem æris  
atque ferri fodinis fœcundissimam

fu-

Munsterus.  
Clarius  
Vatablus  
Castalio  
Belgæ ad  
h. I.